



*Utinam*. Domine JESU CHRISTE, Redemptor ac Salvator  
 meus unice, isq; diligentissime & dilectissime, aman-  
 tissime & amatissime, *utinam!* inquam misellus ego  
 peccator *tantâ* devotione, *quantam* Tuus erga me amor ardorque  
 requirit atq; postulat, *Heptalogum* saltem Tuum cruciarium, san-  
 ctissima illa & ponderosissima *apophthegmata* consideraverim &  
 descripserim, considerem jam & describam, tunc me jure quodam  
 meo beatum ac fidelem non tam doctorem quàm Christianum  
 prædicâsso. Sunt enim, sunt omninò *septem* illa *pronunciata*, quæ  
 de ligno illo bene-maledicto meditativè dictâsti, *דָּרְכֵי כֶּנֶסֶת*  
*וְרִמְסֵי עֵצִי* *Ecclef. XII. 11.* stimuli atque clavi à Te uno Pastore *Ezech.*  
*XXXIV. 23.* *Jobann. X. 11.* *Ebraeor. XIII, 20.* fixi & plantati, à magistris  
 verò congregationum, *sanctis Evangelistis*, curatè collecti & con-  
 signati, ut nos ad *pietatem* excitent, ad *fidem* animent, ad *charitatem*  
 instigent, ad *patientiam* præparent, in ipsâ *morte* corroborent &  
 confirment. *Utinam*, opto iterum atque iterum, amor meus  
 tuæ *charitati*, fervor *labori*, constantia tuæ *fidei* respondeat, quâ di-  
 lexisti nos *εις πῖλος* *Job. XIII, 1.* charitate perpetuâ *Jerem. XXXI, 3.*  
*Hoseæ II, 19.* Absit enim ut dilectionem morte (temporali) finie-  
 ris, qui non es morte finitus, uti exclamat servus Tuus *Augustinus*:  
 sed quemadmodum mortem absorpsisti *מַצְלִיחַ* in æternum *Jes.*  
*XXV, 8: 1. Cor. XV, 54.* ita nobis *ἀντικρὺ* vitam conservas & confers  
 æternam. Utut autem æterno huic amori tuo paria numquam  
 facturus fuerim, quis enim mortalium, temporarius quum sit &  
*ἀργόκαρπῶς*, æternum amorem *κατ' ἰσὸρ ὀρόπον* exæquet quin semper à  
 Te præveniatur & præoccupetur *Pf. LIX. 11. LXXIX, 8. Job. XLI, 2.*  
 (*Roman. XI, 35.*) quem prævenire tamen debebat, precibus saltem  
 & confessione *Psalms. LXXXIX. 14. XCV, 2.* interim scio & confi-  
 do, quòd Tibi etiam placeat sacrificium Habelis *Gen. IV, 4.* Habel  
 autem est *vanitas*, quæ & ego sum *Psalms. XXXIX. 6: LXII, 10:* gratus  
 est tibi, nidor occisorum animalium *Gen. IX, 21: εις ὄσμήν ἐυωδίας*  
*Epbef. V, 2:* reputas occidendum pro occiso *Gen. XXII, 12:* ut nos  
*cin.*